

79
utriusque juris, et septem liberalium artium
Doctoris famopissimi. Hic, cum Johannes de
Lignano fuisset ad Urbem Papam VI.
Orator transmissus pro Communitate Bene-
ntiae, cum dicto Johanne Romanam pro-
pectus est ad Curiam, quem Johannes de
Lignano cordialiter praefatus Summas
Pontifici commendavit. Quod Urbanus
audiens secum Cosmatum retinuit, et proce-
su temporis ad partes Angliae Collectorem
Apostolicum destinavit; qui persecutione
schismatis adversus Urbanum invalescente,
de qua supra dixi in praecedentibus Historiis
Pontificis, saepissime Papam per literas visi-
tavit, quod Urbanus gratissimum habens
cogitabat intra se, qualiter Cosmatum ali-
quo retributionis beneficio Decoraret. Vacan-
te sancta matre nostra Ravennate Ec-
clesia, quae agia nominatur Anastasii,
ob privationem Pilei supranominati, Co-
smatum ad ipsum regimen promovit, cu-
jus possessionem hic Ravennae habere
non potuit, quoniam Guido de Polenta
miles, et Dominus civitatis Ravennae prae-
dicto Roberto schismatico adhaerebat, et cum